HIERONYMUS
um 836/859 Seite 98r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38178
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

quae in thesauro pectoris tui per supbiam &
abusionem potestatis quam acceperas tene
batur inclusa In multitudine quoque ne
gotiationis eius repleta sunt interiora illius
siue cellaria iniquitate · Dum enim ultra con
quirit & non est contentus scientia quam
acceperat nec potestate cui praepositus
erat repleuit cellaria & interiora pecto
ris sui ut saturatus & incrassatus calcitrare &
contra creatorem suum Manducauit enim
iacob & saturatus est & recalcitrauit dilec
tus · Incrassatus & inpinguatus & dilatatus
& dereliquit dm̃ qui fecerat eum · & de corde
procedunt cogitationes pessimae propter
quas dicit dī peccasti & eiecte de monte dī
siue uulneratus es a monte dī quod legentes
timere compellimur si enim cherub exten
tus & protegens positus in monte scō dī &
in medio ignitorū lapidum perfectus adq;
inmaculatus propter multitudinem ne
gotiationis repleuit interiora sua iniqui
tate & peccauit & eiectus est de monte dī
hoc est de habitatione paradisi siue uulne